

# “El legado de San Isidoro en la cultura irlandesa medieval”

David Howlett

**T**ras la cristianización y latinización de Irlanda en el siglo V d.C., la educación se centró en la enseñanza de la gramática y las matemáticas, si bien la producción literaria latina más temprana se dedicó principalmente a la controversia eclesiástica y a los textos penitenciales. En su conjunto, se trata, pues, de una rica tradición literaria y cultural que abarcó 1100 años. En esta ponencia, analizaremos el profundo impacto que la obra de Isidoro de Sevilla tuvo en la literatura irlandesa de la alta Edad Media. Para empezar, es preciso señalar que los irlandeses tenían en tan alta estima la obra de este autor hispánico que se referían a ella como el *Culmen*, que significa “la cumbre del saber.” Por otra parte, los irlandeses fueron también los primeros en acoger la obra de Isidoro poco después de que Braulio, obispo de Zaragoza, se encargara de sacar a la luz las *Etimologías* en el año 640, como demuestra el primer manuscrito existente que conserva la referencia más temprana.

Gracias a este precoz contacto con la obra de Isidoro, se compusieron poemas con estructuras matemáticas asombrosamente complejas: uno concretamente sobre las seis edades del mundo, un segundo sobre las 144 partes del cuerpo humano que debían protegerse contra la peste, y un tercero sobre los doce apóstoles. También con influencia isidoriana, se ha conservado una colección miscelánea que proporciona por primera vez los nombres de los tres Reyes Magos, así como el poema latino más antiguo existente sobre la Virgen María. Por último, prueba de la fructífera interacción entre la cultura irlandesa y española en la alta Edad Media es un poema ibérico, el más antiguo en lengua española, con estructura matemática. En definitiva, el análisis de todos los textos presentados en esta ponencia refleja el rico legado que la obra de Isidoro dejó en la cultura irlandesa temprana.

## EL LEGADO DE SAN ISIDORO EN LA CULTURA IRLANDESA MEDIEVAL

David Howlett, M.A., D.Phil., F.S.A.

Editor emérito del *Diccionario de latín medieval de las fuentes británicas*  
Investigador emérito, Facultad de Filología Clásica, Universidad de Oxford

A la memoria del historiador Fernando García de Cortázar y Ruiz de Aguirre

### EL EVANGELIO DE SAN JUAN

|    |                        |    |    |    |    |    |       |
|----|------------------------|----|----|----|----|----|-------|
| A  | EN APXHI               | 2  | 3  | 7  |    |    |       |
| B  | HN                     | 1  | 1  | 2  |    |    |       |
| C  | O ΛΟΓΟC                | 2  | 3  | 6  |    |    |       |
| D  | KAI O ΛΟΓΟC            | 3  | 4  | 9  |    |    |       |
| E  | HN                     | 1  | 1  | 2  |    |    |       |
| F  | ΠΡΟC ΤΟΝ ΘΕΟΝ          | 3  | 4  | 11 | 12 | 16 | 37    |
| G  | KAI                    | 1  | 1  | 3  |    | 1  | 3     |
| F' | ΘΕΟC                   | 1  | 2  | 4  |    |    |       |
| E' | HN                     | 1  | 1  | 2  |    |    |       |
| D' | O ΛΟΓΟC                | 2  | 3  | 6  |    |    |       |
| C' | OΥΤΟC                  | 1  | 2  | 5  |    |    |       |
| B' | HN                     | 1  | 1  | 2  |    |    |       |
| A' | EN APXHI ΠΡΟC ΤΟΝ ΘΕΟΝ | 5  | 7  | 18 | 12 | 16 | 37    |
|    |                        |    |    |    | 24 | 33 | 40 40 |
|    |                        |    |    |    |    |    |       |
| A  | ΠΑΝΤΑ                  | 1  | 2  | 5  |    |    |       |
| B  | ΔΙΑ ΑΥΤΟΥ ΕΓΕΝΕΤΟ      | 3  | 8  | 15 |    |    |       |
| C  | KAI                    | 1  | 1  | 3  | 5  | 11 | 23    |
| B' | ΧΩΡΙC ΑΥΤΟΥ ΕΓΕΝΕΤΟ    | 3  | 8  | 17 |    |    |       |
| A' | ΟΥΔΕ ΕΝ                | 2  | 3  | 6  | 5  | 11 | 23    |
|    |                        |    |    |    | 10 | 22 | 46    |
|    |                        |    |    |    |    |    |       |
| A  | In principio           | 2  | 5  | 11 |    |    |       |
| B  | erat                   | 1  | 2  | 4  |    |    |       |
| C  | Verbum                 | 1  | 2  | 6  |    |    |       |
| D  | et Verbum              | 2  | 3  | 8  |    |    |       |
| E  | erat                   | 1  | 2  | 4  |    |    |       |
| F  | apud Deum              | 2  | 4  | 8  | 9  | 18 | 41    |
| G  | et                     | 1  | 1  | 2  | 1  | 1  | 2     |
| F' | Deus                   | 1  | 2  | 4  |    |    |       |
| E' | erat                   | 1  | 2  | 4  |    |    |       |
| D' | Verbum                 | 1  | 2  | 6  |    |    |       |
| C' | hoc                    | 1  | 1  | 3  |    |    |       |
| B' | erat                   | 1  | 2  | 4  |    |    |       |
| A' | in principio apud Deum | 4  | 9  | 19 | 9  | 18 | 40    |
|    |                        | 19 | 37 | 83 |    |    |       |
| A  | Omnia                  | 1  | 3  | 5  |    |    |       |

|          |                      |    |    |    |   |   |    |
|----------|----------------------|----|----|----|---|---|----|
| B        | per ipsum facta sunt | 4  | 6  | 17 | 5 | 9 | 22 |
| C        | et                   | 1  | 1  | 2  | 1 | 1 | 2  |
| B'       | sine ipso factum est | 4  | 7  | 17 |   |   |    |
| A' nihil |                      | 1  | 2  | 5  | 5 | 9 | 22 |
|          |                      | 11 | 19 | 46 |   |   | 46 |

## POEMA DE LAS SEIS EDADES DEL MUNDO d.C. 645

### VERSUS DE ANNIS A PRINCIPIO

- Deus a quo facta *fuit* huius mundi *machina*  
Intra *prima* que precepit perfecit *exordia*.  
*Du*centeni *quadraginta* simul *duo* milia  
Inde erant donec *fuit* arca Noe *fabrica*.
- 5 Ex quo usque ad nascentis Abrahe *primordia*  
Numerantur *nongentena* et *quatuor* *quadraginta*.  
Ac deinde Moysis *usque* tempora *legalia*  
Sunt annorum *quingentena* atque *quina* *spatia*.  
Et a Moysi donec *erat* prima templi *structura*
- 10 *Dena dena* *quinguaginta* *nouem* quarter centies.  
A quo donec eius *erat* et erecta *ruina*  
*Quingentena duodena* colliguntur *tempora*.  
Fiunt inde uocem *usque* predicantis Domini  
*Quingenteni quater deni* et *octoni* *circuli*.
- 15 A predicto patriarcha usque Xpisti *famina*  
*Quadraginta quatuor* anni fiunt *duo* milia.
- Supputantur et a Nino atque Semiramide  
Anni *quinque* et *quingenti* usque regnum *Attice*.  
Sunt uiginti et trecenti a Moysi et Cecrope
- 20 *Nouem* usque ad ruinam expugnate Troie.  
Inde anni numerantur *exatetracosia*  
Donec agon *quadrennalis* factus est in *Helida*.  
Cum deinde *ad secundum* Darii annum uenies  
*Quinguaginta* sex et annos ducentos reperiēs.
- 25 Ex quibus annis usque annum Tyberii *quindecimum*  
*Quadraginta et quingenti sunt et octo iterum*.  
Et in anno supradicto Tyberii *quindecimo*  
Salus mundi predicatur ueniente Domino.
- Sunt octo decem* et *sexcenti* a baptismo Domini
- 30 Anni usque ad Scotorum mortem regis *Domnali*.  
A quo centum in futurum est annorum *spatium*  
Finem usque *quinguaginta quina* ad *sex milium*.  
Ac retrorsum sunt *octingenti ad prima principia*

- Quadraginta quinque anni atque quinque milia.  
 35 Horam autem atque diem finis huius seculi  
 36 Nec ut puto certum sciunt et celorum angeli.

6 edades, 6x6=36 versos, 36x36=1296 letras;  
 3 tradiciones x 2=6, 645 d.C. x 2=1290, 6+1290=1296

### CARTA DE COLMÁN A FERADACH, s. VII

Dilectissimo et eruditissimo filio . Feradāchō . Cōlmānus .

- A 1 Multa quidem ad nos a Romanis scripta librorum exemplaria pēruēnērunt .  
 B in quibūs nōnnūlla  
 C quae in nostris ante codicibus librariorum neglegentiā dēprāuātā sunt  
 D 5 emendatiora rēppērīmus .  
 E 2 Denique . ut de cētērīs tēcēam  
 F1 in librīs Isīdōri  
 F2 quos ipse De Ecclesiasticis scrīpsīt Ōffīciīs . sub duobūs tāntūm tītūlis  
 G tres ferme paginas a librariis inuenimūs praētērmīssas .  
 G' 10 multa praeterea in Chronicis .  
 F'1 multa in Sedulii Paschali Cārmīnē cōrrūpta .  
 F'2 quod nunc apud nos duplici legitur editiōnē cōnscrip̄tum .  
 E' quattuor siquidem quos ante uersibus condidīt libēllos .  
 rursus eosdem imperāntē Mācēdōnīo .  
 D' 15 in theoricum sermonem stilo liberiōrē trānstūlit .  
 C' cuius operis primam partem in codicibus uestris habētīs cōrrūptam .  
 secundam penitus Ignōrātis .  
 B' 3 Ex quibus pauca tibi cognōscēndī grātīa  
 A' 20 quantum epistolaris angustia potuit transmītterē cūrāui

### VIRGILIO MARO GRAMÁTICO, 640-659 d.C., GRAMÁTICA Y ALTUS PROSATOR

- Latinitatis autem genera sunt duodecim .  
 quorum unum usitatum fitur .  
 quo scripturas Latini omnes atramentantur .  
 Ut duodecim generum experimentum habeas .  
 5 Unius licet nominis monstrabimus exemplo .  
 I In usitata enim Latinitate .  
 ignis primo habetur ,  
 qui sua omnia ignit natura .  
 II quoquihabin sic declinatur [de cocer y haber]  
 genitiuo quoquihabis  
 datiuo quoquihabis  
 accusatiuo quoquihabīn ueru superposito  
 uocatiuo quoquihabīn breue  
 ablatiuo quoquihabi



- pluraliter quoquihabīs producte  
 genitiuo quoquihabium  
 datiuo quoquihabibus  
 accusatiuo quoquihabis  
 uocatiuo quoquihabis  
 ablatiuo quoquihabibus  
 quoquihabin dicimus quod incocta coquendi habet ditionem
- III ardon dicitur quod ardeat  
 IIII calax calacis ex calore .  
 V spiridon ex spiramine .  
 VI rusin de rubore .  
 VII fragon ex fragore flame  
 VIII fumaton de fumo .  
 VIIIU ustrax de urendo .  
 X uitius qui pene mortua membra suo uigore uiuificat .  
 XI siluleus eo quod de silice sileat .  
 unde silex non recte dicitur .  
 nisi ex qua scintilla silet .  
 XII aeneon de Aenea deo . qui in eo habitat  
 siue a quo elementis flatus fertur .  
 Sic per omnia pene oracula Latina .  
 Hec summa generum supputatur .

#### Altus Prosator

I

Áltus Prósator uetústus diérum ét ingénitus  
 érat ábsque orígine primórdii ét crepídine  
 ést et érit in sécula séculórum infiníta  
 cúi est únigénitus Xpístus et Sánctus Spíritus  
 cóetérnus in glória déitátis perpétua  
 nón tres déos deprómimus sed únun Déum dícimur  
 sálua fíde in persónis tríbus glóriosíssimis.

XXIII

Zélus ignis furibúndos consúmet áduersários  
 noléntes Xpístum crédere Déo a Pátre uenísse  
 nós uero éuolábimus óbuiam éi prótinus  
 et síc cum ípso érimus ín diuérssis ordínibus  
 dígnitátum pro méritis prémiórum perpétuis.

XX

Vagátur éx climáctere Oríon céli cárdine  
 dérelícto **Virgilio astrórum spléndidíssimo**  
 per métas Títhis ignóti órientális círculi  
 gýrans cértis ambágibus rédit prísceis redítibus  
 oriens pós biénnum Vésperúgo in Vésperum  
 súmpta in problémátibus trópiceis intelléctibus

LAIDCENN MAC BAÍTH BANNAIG, *EGLOGA* Y *LORICA*, 659 d.C.

|                   |                                    |    |
|-------------------|------------------------------------|----|
| Trinitatis Unitas | nombres de los poderes celestiales | 22 |
| mihi              | pronombres del poeta               |    |
| Suffragare        | verbos de protección divina        |    |
| queso             | verbos del poeta                   | 11 |
| trahat            | verbos de poderes infernales       |    |
| quattuor          | palabras por numeros               |    |

Inuocatio

**SUFFRAGARE TRINITATIS UNITAS**  
**UNITATIS MISERERE TRINITAS**

Pars I

**Suffragare queso mihi** posito  
maris magni uelut in periculo  
ut non secum **trahat me** mortalitas  
**huius anni** neque mundi uanitas

Et hoc idem **peto a sublimibus**  
**celestis militie uirtutibus**  
ne **me linquant** lacerandum hostibus  
sed **defendant me** iam armis fortibus

Ut **me illi precedent** in acie  
**celestis exercitus militie**  
**Cherubim** et **Seraphim** cum milibus  
**Gabriel** et **Michael** cum similibus

**Opto Thronos Virtutes Archangelos**  
**Principatus Potestates Angelos**  
ut **me denso defendentes** agmine  
inimicos **ualeant prosternere**

Tum deinde ceteros agonithetas  
**Patriarchas quattuor quarter Prophetas**  
**Apostolos** nauis **Christi** prortetas  
et **Martyres** omnes **peto** anthletas

Uti **me** per illos salus **sepiat**  
atque omne malum a **me pereat**  
**Christus mecum** pactum firmum **feriat**  
timor tremor tetras turbas **terreat**

Inuocatio

**Deus** impenetrabili tutela  
Undique **me defende** potentia

Pars II

**Mei** gibre pernas omnes **libera**  
tuta pelta **protegente** singula

**Tege** gambas surras femoralia  
cum genuclis poplites et genua

ut non tetri demones in latera  
**mea uibrent** ut **solent** iacula

Gigram cephalae cum iaris et conas  
patham lizanam sennas et michinas  
cladum carsum madianum talias  
bathma exugiam et **binas idumas**

**Meo** ergo cum capillis uertici  
galea salutis **esto** capiti  
fronti oculis cerebroque triformi  
rostrum labio faciei timpori

Mento barbe superciliis auribus  
genis buccis internasso naribus  
pupulis rotis palpebris tautonibus  
gingis anele maxillis faucibus

Denti linguae ori uue gutturi  
gurgulioni et sublinguae ceruici  
capitali centro cartilagini  
collo clemens **adesto** tutamini

Deinde **esto lorica** tutissima  
erga membra erga **mea** uiscera  
ut **retrudas** a **me** inuisibiles  
sudum clauos quos **fingunt** odibiles

**Tege** ergo **Deus** forti **lorica**  
humeros cum scapulis et brachia  
**tege** ulnas cum cubis et manibus  
pugnos palmas digitos cum unguibus

**Tege** spinam costasque cum artibus  
terga dorsum nervosque cum ossibus  
**tege** cutem sanguinem cum renibus  
cata clunes nates cum femoribus

**tege** talos cum tibiis et calcibus  
crura pedes plantarum cum bassibus

**Tege** ramos concrecentes decies  
cum mentagris ungues **binos** quinquies  
**tege** pectus iugulam pectusculum  
stomachum mamillas et umbilicum

**Tege** uentrem lumbos genitalia  
et alium et cordis uitalia  
**tege** **trifidum** iecor et ilia  
mas testiculos fibrem cum oligia

**Tege** toliam toracem cum pulmone  
uenas fibras fel cum bucliamine  
**tege** carnem inguinem cum medullis  
splenem tortuosum cum intestinis

**Tege** uessicam adipem et pantes  
compaginum innumeros ordines  
**tege** pilos atque membra reliqua  
quorum forte preterii nomina

**Tege** totum **me** cum quinque sensibus  
et cum decem fabrefactis foribus  
uti a plantis usque ad uerticem  
nullo membrum foris intus **egrotem**

Ne de **meo** possit uitam **trudere**  
pestis febris languor dolor corpore  
donec iam **Deo dante seneam**  
et peccata mea bonis **deleam**

Ut de carne **iens** imis **caream**  
et ad alta **euolare ualeam**  
et **miserto Deo** ad etheria  
letus **uehar** regni refrigeria AMEN

CUMMIANUS LONGUS, *CELEBRA IUDA*, a. 661d.C.

Celebra Iuda festa Xpisti gaudia  
apostolorum exultans memoria  
Claucularii Petri primi pastoris  
piscium rete euangelii captoris  
5 Pauli gentium egregii preceptoris  
uasis electi Israelis seminis  
Andree atque precamur egregia  
passi pro Xpisti fide aduocamina

A 2 apostolorum  
B 3 Petri primi pastoris  
C 4 euangelii  
D 5 Pauli  
E 6 electi  
F1 8 Xpisti  
F2 9 Iacobique



|    |                                                 |        |                                 |
|----|-------------------------------------------------|--------|---------------------------------|
|    | İacobique consobrini Domini                     | F3 10  | preces                          |
| 10 | preces adiuent in scammati seculi               | G 12   | Sponsi                          |
|    | Iohannis sacri lecti ab infantia                | H 14   | Prole                           |
|    | qui accumbibat Sponsi inter ubera               | G' 16  | Nati                            |
|    | <b>Oris lampadis</b> eloquentis <b>Philippi</b> | F'1 20 | Xpistum                         |
|    | opem oremus Prole cum peruigili                 | F'2 21 | İacobi                          |
| 15 | <b>Bartholomei impendamus nutibus</b>           | F'3 22 | precem                          |
|    | <b>Nati pendentis equora</b> in nubibus         | E' 27  | prelecti                        |
|    | <b>Thome</b> tendentis partes inter Parthie     | D' 31  | Luce [alumnus Pauli]            |
|    | nos illuminet <b>abissus scientie</b>           | C' 31  | euangeliste                     |
|    | Mathei quoque fiscali a munere                  | B' 33  | Stephani primi ... martiris     |
| 20 | donate Xpistum sequentis prepropere             | A' 35  | sanctorum                       |
|    | Atque itidem İacobi cominus                     | 40     | Regi                            |
|    | precem petamus subnixi alterius                 | 41-42  | Patri, Unigenito, Spiritu Hagio |
|    | Thaddei tota famosi per tellura                 | 43     | Deus                            |
|    | Abgaro missi Iesu cum epistola                  |        |                                 |
| 25 | Simonis dicti suapte Chananei                   |        |                                 |
|    | stolam qui tinxit Agni Dei sanguine             |        |                                 |
|    | Sorte prelecti Madiani meritis                  |        |                                 |
|    | siti locemur celorum in editis                  |        |                                 |
|    | Marci excelsi mandata iustitie                  |        |                                 |
| 30 | annuntiantis Xpisti Alexandrie                  |        |                                 |
|    | Medici ueri Luce euangeliste                    |        |                                 |
|    | Agnum sequentis uirginali honore                |        |                                 |
|    | Sancti Stephani primi atque martiris            |        |                                 |
|    | pro inimicis rogantis cum suspiriis             |        |                                 |
| 35 | Horum sanctorum bina octo ualida                |        |                                 |
|    | fiant pro nobis scutate suffragia               |        |                                 |
|    | Quibus ignita demonum İacula                    |        |                                 |
|    | possunt extinguı ut per propugnacula            |        |                                 |
|    | Inuitiata quo feramus pectora                   |        |                                 |
| 40 | Regi regnanti ab euo in secula                  |        |                                 |
|    | Gloria Patri atque Unigenito                    |        |                                 |
|    | simul regnanti Spiritu cum Hagio                |        |                                 |
|    | Nimis honorati sunt amici tui Deus              |        |                                 |
| 44 | nimis confortatus est principatus eorum         |        |                                 |

CÚ CHUIMNE SAPIENS CANTEMUS IN OMNI DIE, a. 747

Cantemus in omni die concinnantes uarie  
 conclamantes Deo dignum ymnum sancte Marie  
 Bis per chorum hinc et inde conlaudemus Mariam  
 ut uox pulset omnem aurem per laudem uicariam  
 Maria de tribu Iuda Summi mater Domini  
 oportunam dedit curam egrotanti homini  
 Gabriel aduexit Verbum sinu prius Paterno  
 quod conceptum et susceptum in utero materno  
 Hec est summa hec est sancta uirgo uenerabilis



que ex fide non recessit sed exstetit **stabilis**  
Hūic matri **nec inuenta ante nec** post **similis**  
**nec** de prole fuit **plane humane originis**  
**Per** mulierem et lignum **mundus prius periit**  
**per** mulieris uirtutem ad salutem rediit  
**Maria mater miranda** Patrem suum **edidit**  
**per** quem aqua **late lotus totus** mundus **credidit**  
Hec concepit margaritam non sunt uana somnia  
pro qua **sani Christiani** uendunt sua **omnia**  
**Tunicam** per **totum textam Christi** mater **fecerat**  
que peracta **Christi morte sorte statim steterat**  
**Induamus arma lucis lorica et galiam**  
**ut** simus Deo **perfecti suscepti per Mariam**  
**Amen Amen** adiuramus merita puerpere  
ut non possit flamma **pire** nos **dire decerpere**  
**Christi nomen inuocamus angelis sub testibus**  
ut fruamur et scribamur litteris celestibus

Sancte **Marie meritum**  
imploramus dignissimum  
ut mereamur solium  
habitare altissimum  
Amen